

2. TELIPOGON LATIFOLIUS. †

T. foliis lanceolato-oblongis, acutis; labello basi barbato.

Crescit in regione ferventissima Provinciae Jaen de Bracamoros, inter pagos Choros et Tomependa, juxta confluentem et Chinchipes fluminis Amazonum. ¶ Floret Augusto.

PLANTA parasitica. RADICES simplices, crassæ, teretes, glabræ, albidae. CAULIS glaber, anceps?, octo-
aut novempollicaris, basi foliatus, apice pauciflorus. FOLIA lanceolato-oblonga, acuta, plana, carnosa,
exsiccata submembranacea, striato-nervosa, glabra, bi- aut tripollicaria, sex lineas lata. FLORES tres aut
quatuor, subspicati, duos pollices lati, sussulti bractea ovata, acuta, carinata, semipollicari. CALYX,
GYNOSTEMUM et ANTERA prorsus ut in T. angustifolio, labellum tamen basi pilis violaceis barbatum.

Præcedenti proximus, omnibus tamen partibus major et labello barbato.